

« Definitive sententiamus nec circa sepulchrum seu
 « tumulum, nec alibi circa reliquias, imagines alias-
 « que memorias dicti Ven. Servi Dei quidquid re-
 « periri quod publicum vetitumque cultum quoquo
 « modo praeseferat, aut quomodocumque non sit
 « ad formam dictorum Decretorum, *sed iisdem fuis-*
 « *se et esse sufficienter satisfactum et praestitam ob-*
 « *dientiam* » (1).

10. Hanc itaque Sententiam ad juris tramites prolatam a Sacro Vestro Ordine confirmatum iri confidimus, propitio edito rescripto propositi dubii formulae; quemadmodum una cum Causae Postulatore solertissimo Rev. P. Xaverio Cazenave Proc. Gener. Parisiensis Seminarii Missionum ad externos obsequentissime efflagitamus.

Quare etc.

ANGELUS MARIANI

(1) *Summ. Num. LX. pag. 97 § 1.*

REVISA

GUSTAVUS Adv. PERSIANI

S. R. C. Assessor et S. Fidei Subpromotor.